Sit omnibus notum quod Ego Natalis Bremondi parrochie de Villablarexio attendens quod venerabilis Raimundus Xetmar olim dominus meus directus vendidit michi et meis
perpetuo pro libero et francho alodio directum dominium et totum jus quod habebat in persona mea et uxoris mee Ermessendis et infantum meorum natorum et nasciturorum et in
manso meo Bremondo sive borda parrochie de Villablarexio qui pro eo tenebantur et in omnibus honoribus terris et possessionibus eiusdem mansi sive borde qui et que
per ipsum Raimundum tenebantur et in omnibus bonis meis mobilibus et uxoris mee et infantum meorum natorum et nascitorum. Et omnes census taschas agraria tercermina laudis
mia foriscapia redempciones hominum et mulierum proventus esdevenimenta et intratas exitas exorchias intestias cuguciaes et omnia alia que ad directum dominium pertinere
noscuntur et jovas traginas batudas gueytas opas et alias quascumque servitutes servicia et ademprivia. Et generaliter omnia dominia et jura que dictus R. ha
bebat et accipiebat et habere et accipere debebat in dicto manso sive borna et eius honoribus et pertinenciis et in personis et bonis mobilibus mei et uxoris mee
et infantum meorum natorum et nascitorum. prout in instrumento de dicta vendicione confecto in posse notarii infrascripti iiii nonas January anno domini Mº CCCº nonodecimo la
cius continetur. Nunc gratis et ex certa sciencia et de jure meo plene certioratus per me et per omnes heredes et successores meos presentes et futuros vendo et titulo
vendicionis trado vel quasi monasterio Sancti Danielis Gerunde et vobis Castilioni Rocheri dicto procuratori generali dicti monasterii ementi nomine et ad opus et de
bonis dicti monasterii perpetuo pro libero et francho alodio directum dominium persone mee et uxoris mee Ermessendis et infantum meorum natorum et nascitorum et mansi
supradicti Bremondi sive borne et omnium honorum terrarum et possessionum eiusdem mansi qui et que per dictum Raimundum Xetmar tenebantur. et omnia tercia laudis
mia foriscapia redempciones hominum et mulierum intratas exitas exorchias intestias cuguciaes proventus et esdevenimenta ibi et inde provenienda et omnia alia
que ad directum dominium pertinere noscuntur et Quinquaginta solidos barchinonenses de terno rendales et censuales annuatim perpetuo per me et successores meos dictum mansum sive bor
nam tenentes dandos et solvendos dicto monasterio et vobis et successoribus vestris procuratoribus dicti monasterii nomine eiusdem pro omnibus censibus taschis agrariis terce
miniis jovis traginis batudis gueytis et opibus quos et que prestare consuevisse et teneret dicto R. Xetmar et quod ego et mei possimus levare et retinere ad opus mei
dictas taschas et agraria sicut R. Xetmar eas levabat. Quos Quinquaginta solidos ego et mei vobis et successoribus vestris solvamus infra duos terminos annuatim scilicet in
festo Sancti Felicis medietatem Et in festo Natalis domini aliam medietatem. Excipio tamen a presenti vendicione et michi et meis retineo pro alodio franco Quendam ca
mpum vocatum de Serrato et Quandam domum que sita et fundata est in dicto campo Cui affrontat ab oriente in honore dicti monasterii sic dividunt terminicami
die et occidente in honore Petri Ferrarii et actio in torrente de Ridemuz. Et retineo michi et meis omnia alodia que habebam ante dictam vendicionem michi factam
per dictum Raimundum Xetmar. Et retineo et michi et meis perpetuo quod non teneamur dare baiuliam ut aliquis racione baiulie alicui baiulo ut levatori que ponetis in
predictis que vobis vendo. Hanc autem vendicionem dicto monasterio et vobis eius nomine facio pro libero et franco alodio precio Trium milium et Ducentorum solidorum barchinonensium de terno
quos michi exsolvistis de bonis dicti monasterii et quos a vobis dicto procuratore confiteor recepisse et habuisse Renunciando excepcioni non numerate et non recep
te pecunie et precii non habiti. Et si forte predicta vendicio valet plus ut valebit precio supradicto totum illud plus dicto monasterio et vobis eius nomine dono donacione inter
vivos irrevocabili. Renuncians sciens et expresse illi legi qua deceptis ultra dimidiam justi precii subvenitur et excepcioni doli et actioni in factum et restitucioni in inte
grum et omni alii juri in contrarium venienti. Constituens me predicta nomine dicti monasterii vestri possidere ut quasi donec corporalem eorum acceperitis possessionem quam
liceat dicto monasterio et vobis quandocumque volueritis accipere et deinde vobiscum et successoribus vestris nomine dicti monasterii perpetuo retinere. Volens et mandans cum hoc
publico instrumento vicem epistole gerenti omnibus tenentoribus et omnibus hominibus et feminis dicti mansi sive borne presentibus et futuris ut dictum monasterium teneant
pro suo domino et eidem monasterio et vobis et successoribus vestris procuratoribus ipsius monasterii nomine eiusdem faciant homagium et fidelitatem promittant et respondeant
de omnibus et singulis supradictis que vobis vendo. Ego enim absolvo eos ab omni homagio fidelitate et dominio quibus michi tenebantur racione dicte empcionis per me facte
a dicto R. Xetmar eosdem tamen cum omnibus et singulis supradictis in jus dominium et posse dicti monasterii et vestri et successorum vestrorum transferendo. Cedendo et
dando dicto monasterio et vobis et successoribus vestris eius nomine in predictis que vobis vendo omnia jura mea dominia et loca et omnes voces raciones et acciones meas reales et perso
nales utiles directas atque mixtas michi in predictis que vobis vendo competentes et competituras racione dicte empcionis per me facte a dicto R. Xetmar ut alia racione.
ad omnes voluntates dicti monasterii perpetuo faciendas. Promittens vobis et successoribus vestris predictis nomine dicti monasterii predicta vendicione semper dicto monasterio et vobis
et successoribus vestris eius nomine facere habere tenere et possidere in pace et secure contra cunctos pro liberum et franchum alodium. Et si forte dicto monasterio ut vobis
ut successoribus vestris eius nomine in predictis per aliquem moveretur questio aliqua ut demanda statim ante litis contestacionem et cause ingressum promitto me ponere ante dictum
monasterium et vos et successores vestros et suscipere in me totum honus litis et causam ducere ad effectum a principio usque in finem et inde dictum monasterium et vos et succes
sores vestros deffendere et indempnes de omni interesse penitus servare expensis meis et teneri vobis et successoribus vestris de evictione et interesse. vel vos ut successores
vestri si volueritis possitis dictam causam ducere per vos ipsos. Electione super hoc vobis et successoribus vestris reservata et non teneamini hoc michi ut meis denunciare. Remittens vobis
et successoribus vestris ex pacto necessitatem denunciandi. Et si forte vos ut successores vestri dictam causam in propria persona ducere elegeritis promitto vobis et successoribus
vestris restituere omnes expensas ipsius cause et litis et omnia dampna et interesse que inde sustinueritis in judicio ut extra sive obtineatis in causa sive succumbatis et
quicquid et quantum a vobis vel a successoribus vestris evictum fuerit de predictis super quibus omnibus credamini vos et successores vestri simplici verbo vestro sine testibus et juramento.
Et non possim allegare dolum culpam vel negligenciam contra dictum monasterium ut contra vos ut successores vestros. Et propter hec et de evictione et interesse obligo dicto mo
nasterio et vobis et successoribus vestris eius nomine me et heredes et successores meos et omnia bona mea ubique habita et habenda. Et ad maiorem firmitatem juro sponte per deum
et eius sancta iiii.or evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia semper rata et firma habere et attendere et complere et numquam in aliquo contravenire jure aliquo sive causa.
Et trado vobis instrumentum empcionis mee predicte cum omni jure ex ipso michi competenti quo ad predicta que vobis vendo. Preterea sponte racione presentis vendicionis Recog
nosco vobis dicto procuratori et successoribus vestris procuratoribus dicti monasterii quod teneo pro dicto monasterio et pro vobis nomine eiusdem dictum mansum sive borna cum
omnibus honoribus terris et possessionibus eiusdem qui et que tenebantur per dictum R. Xetmar excepto dicto campo de Serrato et domo in eo sita. Et quod racione ipsius mansi sive bor
ne et eius honorum predictorum sum et evenio et facio me hominem proprium et solidum dicti monasterii et vestri dicti procuratoris et successorum vestrorum nomine ipsius monasterii
cum uxore mea et infantibus meis natis et nascituris. Promittens vobis et successoribus vestris predictis quod ero dicto monasterio et vobis et successoribus vestris fidelis et legalis in
omnibus tamquam meo domino naturali. Et non faciam aliquid propter quod possitis me et uxorem et prolem meam amittere et aliquis lucrari. Et promitto vobis et successoribus vestris prestare et
solvere dictos Quinquaginta solidos annuatim per terminos supradictos. Obligando ad hec vobis et successoribus vestris predictis dictum mansum sive borna et omnes honores terras et pos
sessiones eiusdem qui per dictum R. Xetmar tenebantur et qui per vos nunc tenentur excepto dicto campo de Serrato et domo in ea sita. Et pro predictis et facio vobis
homagium in presenti. Et nos Ermessendis uxor dicti Natalis Bremondi et Petrus filius eorundem supradictis omnibus consencientes et ea omnia et singula firma
tes et approbantes sponte Recognoscimus vobis dicto procuratori et successoribus vestris quod sumus et et de presenti evenimus et facimus nos homines proprios
et solidos dicti monasterii et vestri dicti procuratoris et successorum vestrorum nomine ipsius monasterii cum omni prole nostra nata et nascitura racione dicti mansi sive borne
que emistis. Et promittimus vobis et successoribus vestris predictis quod erimus dicto monasterio et vobis et successoribus vestris eius nomine fideles et legales in omnibus tamquam domino
nostro naturali. Et non faciemus aliquid propter quod possitis nos amittere et aliquis lucrari. Jurantes sponte per deum et eius sancta iiii.or evangelia corporaliter a nobis tacta predicta
attendere et complere. Et pro predictis omnibus facimus vobis dicto procuratori homagium in presenti. Actum est hoc predie idus January Anno domini Millesimo
CCCº nonodecimo. Signum Natalis Bremondi. Signum Ermessendis eius uxoris. Signum Petri eorum filii predictorum. Qui hec firmamus et laudamus. Tes
tes huius rei sunt Alfonsus Siffredi jurisperitus Gerunde et Petrus Bernardi de Folgonibus clericus de Cerviano et Jacobus de Folgonibus de Cerviano et Petrus [illegible]
de Sancto Andrea de Alodio.

Ego Guillelmus de Quercu publicus notarius substitutus auctoritate regia a Raimundo Simonis de Toylano publico Gerunde notario hec scribi feci et clausi.

Sit omnibus notum quod Ego Natalis Bremondi parrochie de Villablarexio Recognosco vobis Castilioni Rocheri dicto procuratori generali monasterii Sancti Danielis Gerunde
quod Recepi et habui a vobis de bonis dicti monasterii Duos Mille et Quingentos solidos barchinonenses de terno de illis Tribus milibus et Ducentis solidis pro quibus dicto monasterio et vobis
eius nomine feci vendicionem perpetuam pro franco alodio de directo dominio persone mee et uxoris mee Ermessendis et infantum meorum natorum et nascitorum et mansi mei Bremondi sive
borne et omnium honorum terrarum et possessionum eiusdem qui et que per Raimundum Xetmar tenebantur et de quibusdam aliis prout in instrumento de dicta vendicione con
fecto die et anno infrascriptis in posse notarii subscripti latius continetur. Et ideo Renunciando excepcioni pecunie non numerate et non recepte de predictis MMD solidis facio
dicto monasterio et eius bonis et vobis eius nomine bonum finem et pactum de non petendo salvo jure meo in septingentis solidis restantibus ad solvendum de dicto precio de
quibus michi fecistis hodie debitorium instrumentum in posse notarii infrascripti. Actum est hoc predie idus January Anno domini Millesimo CCCº nonodecimo. Signum Natalis Bre
mondi predicti Qui hec firmo et laudo. Testes huius rei sunt Alfonsus Siffredi jurisperitus Gerunde et Petrus Bernardi de Folgonibus clericus de Cerviano.

Ego Guillelmus de Quercu publicus notarius substitutus auctoritate regia a R. Simonis de Toylano publico Gerunde notario hec scribi feci et clausi.

12-1-1320

n.º 517 (112)

Nº 13 de 22

1) p. 32
2) p. 39

Vilablarex.

Venda de la [illegible] [illegible] [illegible] del mas [illegible] en Vilablarex feta per Nadal [illegible] [illegible] en favor de St Daniel. A 12 janer (1319.) 1320

[illegible]
[illegible]

AC f 80 r

Nº 2 del plec prime de Vilablareix

[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible].

T. 775 x 347

539

540